



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Diploma Godefridi Eo Nomine Primi, Dvcis Lotharingiae & Comitis  
Louaniensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

ctentibus. Hæc fere Ioannes Bæpt. Grammarius,  
vir eruditus, ex eius loci monumentis nobiscum  
communicauit; cuius & Brabantiae historiam, plu-  
ra qui volet, legat.

D I P L O M A   G O D E F R I D I  
E O N O M I N E   P R I M I ,   D V C I S  
Lotharingiæ & Comitis Loua-  
nienfis,

**I**N nomine sanctæ & indiuīduæ Trinitatis.  
Ego Godefridus Dei ordinatione, Dux &  
Marchio Lotharingiæ, atque Comes Loua-  
niæ, omnibus fidelibus cælestes mercari diui-  
tias. Considerans omnem mundi gloriam in-  
star fluminis raptim præterfluere, & omnes  
amatores suos subito inanes & vacuos relin-  
quere, utile mihi fore perspexi, & necessari-  
um, ut de diuitijs, diuinâ mihi largiente bo-  
nitate concessis, aliqua seruis Dei viuens im-  
partirer, quæ moriens integrâ inuenirem. Lo-  
cum itaque quemdam Fliderbeca appellatum,  
ab omni potestate, tam mea, quam Ecclesiæ  
Louaniensis, liberum, beato Petro Hafflige-  
mienfis Ecclesiæ (sicut moris est Principibus)  
cum omnibus pertinentijs suis liberè tradi-  
di, ut Abbas Haffligemienfis cellam ibi, Dei  
& meâ meorumque opitulatione, extrueret,  
monachos poneret, qui die noctuq; pro mea,  
meorumque salute Deo supplicarent. Ut au-  
tem firma pax & concordia, inter clericos &  
monachos, sicut decet, in uiolabiliter perseue-  
ret;

ret, ex utraque parte immutabiliter decre-  
tum est, ne altera pars quidquam, quod iuris  
sit alterius partis, sibi usurpet. Aduocatus ve-  
rò loci erit, quicumque Louaniæ Comes fuer-  
it, qui Aduocatum alium pro se numquam  
constituet, nec de Aduocatia illa aliud benefi-  
cium exiget, aut recipiet, nisi deuotas à fratri-  
bus orationes, & æternam à Christo remune-  
rationem. Præterea omnem ysuin tam in sil-  
uis quam in pascuis, & aquis meis, fratribus li-  
benter annui, & vt à telonio, & omni huius-  
modi exactione, in omni loco mei iuris, per-  
petuò sint liberi. Ut autem hæc traditio no-  
stra firma & inconnulsa persevereret, præsen-  
tem paginam sigillo meo signavi, & idoneis  
testibus, quorum subscripta sunt nomina  
confirmavi. ¶ Signum Meuronis Decani S.  
Richesonis Scholastici, S. Euerardi, S. Ioannis  
& Henrici de Bierbeke, S. Henrici de Landen,  
S. Wilhelmi de Becheuoort, S. Arnulfi de  
Oppenthorp. Datum est hoc Lo-  
uaniæ anno incarnationis

CIO. CXXV.

{:0:}



CAP.